



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

X. De juramentis & jurisjurandi obligatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

TITVLVS X. DE IVRAMENTIS, ET IVRISIVRANDI obligatione.

Gregorius XIII.

Impossibilitatem & illicitum juramentum inquit & prohibendum. CAP. I.

Inter Apostolicas & alias canonicas functiones, quas de jurisjurandi religione variis temporibus proderunt, foelic record. Nicolaus Papa tertius, intelligens in nonnullis Ecclesiis de earum consuetudine observari, ut cum earum Praelati ad Ecclesias ipsas primo accedunt, vel cum de recipiendis ibidem novis canonicis agitur, nec Praelatos admitti, nec canonicos alter recipi in dictis Ecclesiis, nisi jurato ab eis, statuta & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scripta inviolabiliter observare inter laicos etiam multorum civitatu, castroꝝ, & terrarum eum consuetudinis morbum in assumentis potestatis, rectoribus, vel officialibus suis irrepisse, usque potestates, rectores, & officiales ad hujusmodi potestatis, rectorias, & officia, nullo modo admittantur, nisi prius se statuta ipsorum locorum clausa juraverint servaturos. Et quia in statutis, consuetudinibusque supradictis interdum aliqua reperiebantur illicita, seu impossibilia, vel obviantia Ecclesiasticae libertati, Idcirco ne sub tali generalitate jurandi sic in juramentis peccandi occasio praeberetur, cum juramentum non fuerit institutum, ut vinculum esset iniquitatis, praedictus Nicolaus Papa animatum periculis obistere cupiens, frugifera & salubri constitutione praecipit quibuscunque scientibus, contineri in praedictis consuetudinibus & statutis illicita, impossibilia, vel libertati Ecclesiasticae obviantia, hujusmodi juramenta ab eis nullo modo praestari, & juramenta ea intentione faciendam vel facta, ut etiam illicita, vel impossibilia, seu libertati Ecclesiasticae obviantia observentur, cum etiam sub tali intentione praestari non possent abique divinae majestatis offensa, decrevit in hujusmodi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiasticae obviantibus non servanda: quin potius pro animarum salute si sub forma praedicta vel simili aliquos ignorantes praedicta illicita, seu impossibilia: vel libertati Ecclesiasticae obviantia jurare contingeret, ad observanda duntaxat licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticae non obviantia juramentorum inventio referri deberet: declarans juramenta sub hujusmodi generalitate qualitercumque, & sub quacunque verborum forma praestata vel praestanda, ad licita, possibilia, ac Ecclesiasticae libertati non obviantia duntaxat extendi, ipsosque jurantes ad alia per praestationem juramenti hujusmodi non teneri. Verumtamen multi infirmi, cupidique sensus sese in hujusmodi juramenta cum animarum suarum periculo praecipiant.

Nos, quoniam haec sanctorum quoque Patrum instituta, & salubri rerum Ecclesiasticarum directione adversantur, & tanquam de radice ambitionis procedentia omne bonum in Ecclesiis rebusque publicis pervertunt, ea novae provisionis subsidio prohibere volentes, praesentium auctoritate innovamus praedictam constitutionem Nicolai Papae, itidemque alias omnes canonicas sanctiones de abusu & reprobatione hujusmodi juramentorum promulgatas, volumusque eas ubique ab omnibus etiam quoad praeterita inviolabiliter observari. Ac etiam praecipimus, & interdicens Praelatis, Canonicis, & aliis supradictis, necnon Ecclesiarum capitulis, & monasteriorum, ceterisque conventibus, civitatibus quoque, castroꝝ, & terrarum communitatibus, & personis quacunque dignitate praeditis, ne ulla omnino juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel libertati Ecclesiasticae, aut decretis Concilii Tridentini obviantia, sive active post electiones, confirmationes, provisiones, receptiones, admissiones, aut alios actus, ubicunque ac

quocunque tempore, etiam praetextu cujusvis consuetudinis quocunque tempore observatae, quae potius corruptela est censenda, sive in genere, sive in specie praestare, reddere, vel exigere, neve super praestitis, redditus, vel exactis hucusque quencquam in iudicio vel extra inquirere audeant quocunque modo, vel turbare, illos enim qui juramenta illicita, impossibilia, damnosa, vel Ecclesiasticae libertati, aut decretis dicti Concilii obviantia exigere contulerint, Episcopos videlicet, & alios quocunque Pontificali dignitate praeditos, suspendimus a divinis, capitula vero & conventus, eorumque Ecclesias & loca omnia interdictio Ecclesiasticae suppominus, ac singulares personas excommunicationis sententia innodamus, inhabilesque facimus ad obrenta & alia obtinenda eo ipso, nobisque & Romano Pontifici pro tempore existentis relaxationem suspensionis & interdicti, necnon absolutionem ab excommunicationis sententia hujusmodi perpetuo reservamus. Decernentes eos, qui talia juramenta scienter praestiterint, usu & commodo rei & gratiae, cujus causa juraverint, eo ipso privatos esse: alios vero ignorantes ad praestitorum juramentorum hujusmodi observationem minime teneri: Necnon irritum & inane, quicquid fecerit per quoscunque scienter vel ignoranter attentatum est hactenus, & deinceps contigerit attentari. Rom. Non. Sept. 1584.

TITVLVS XI. DE TREVGA ET PACE.

Pius Quartus.

Pacis & trevgae fidei iuramentum, ne novis causis rumpatur conventio.

CAP. I.

Quoniam eo hominum protervitas devenit, ut qui homicidium vel maleficium aliquod committere deliberant, prius quarant eos quos pro hostibus habent, trevga vel pacis praetextu allectando, decipere, quo facilius postea delicti perpetratio reddatur, expedit: propterea ut quos Dei timor non tenet, poenarum rigor deterrendo coarceat, populorum quieti consulere, & flagitiosos faciorum ac scandalosorum ausus deprimeret, necnon cavillationibus, quas ad solutiones poenarum effugiendas hominum malitia in dies excogitat, subvenire volentes, quod poenae conventionales pacis & trevgaeruptae, & fidei iuramentum de non offendendo, stipulantur in futurum per Notarios in favorem Camerae Apostolicae, & non communiatum, vel alterius, & si aliter facta fuerint, in ipsius Camerae favore stipulatae censentur. Quodque in causis trevgarum pacisque fractarum ipsi fractores, vel eorum fidei iuratores allegare non possint, quod offensa ex nova causa processit, nec allegata cuiquam suffragetur. Et quia in cautionibus de non offendendo partes intendunt, ut sibi eo quo melius fieri potest modo cautum sit ne offendantur impune, & ideo promittunt non solum pro se ipsis, sed etiam pro aliis eorum conjunctis, quod non offendent, neque offendi facient: sed aliquando Notariorum imperitia sensum & intentionem partium pervertente, contingit eos scribere, quod partes promittunt non offendere per se & alios, ubi scriptum oportuisset pro se & aliis, differentiam videlicet inter has voces, per & pro, nescientes, vel confundentes; ac propterea praebentes aniam cavillonia & delinquentibus praetendendi, quod facta offensione per unum ex comprehensis in fidei iuramento, non sit commissi stipulatio poenae nisi consistet quod ille qui offendit, de mandato Principalis offenderit impunita. Idcirco quod si quis Notarius errorem hujusmodi commiserit, mille ducatorum auri Camerae Apostolicae applicando.

PPp 5